

### III.

## REGNUM MORTUORUM.

Nro. 43.

---

### *Politica Mortuorum Colloquia.*

---

Elysium-Meum, Die Veneris, 22. Jun. 1810. (Nouv. 8, Junii, 1810.)

---

Aera per vacuum ferri, atque assurgere in  
auras.

*Virgil.*

*Colloquentes Umbræ:*

*Montgolfier — Blanchard. —*

**M**ontgolfier. Ista quidem vis est, qua ab  
Charonte raptaris Blanchard! quæso: quæ  
Causa tantæ violentiæ?

*Blan.* Paucis adverte dosebo: Excedens  
mundo, superas delatus ad oras, Ecce! ob  
viam habui in aere modicam aerostaticam  
Sphæram. — Spiritus meus adeo levis est,  
ut me sustinendo ea fuerit. — Insemi ei,  
Stygemque trajeci, quo factum ut navarcham  
infernalem litro nauoque defraudarim —  
hinc illæ iræ! trux & minax vultus! quo me  
quotidie persequitur. —

*Montg.* Fortassis sphæram versus nostras  
oras impulisti?

*Blan.* Non id quidem — casu fortuito  
factum ut isthac ageretur.

*Montg.* Ergone directio aerostaticæ meæ  
machinæ nondum detecta est?

*Blan.* Nondum — sed jam detegatur; quanta mora non fuit opus, usque inventio P. Schwarz — nitratus pulvis adplicatus usui? — usque Selopi & eis ad commodæ seræ, usque tormenta & bombæ, igniti globi; Granatæ & id genus mortem in longinqua transferentia instrumenta ars hominum excogitasset? Centeni & amplius anni præteriere, nec hodie novæ detecciones desunt. —

*Montg.* Equidem celeriore cum mea machina progressum spero. — Illustres quippe isthis Manes huc usque exprobrant mihi, Aerostaticam meam humano generi parum profuisse, solam utilitatem continere eo, quod curiosos novitatis, imo pueros delectet, eos distineat, spectaculum elegans & augustum præbere quidem, dum homo in Sphærule super aera elatus per Coeli regiones sublime ferur, at omni hac magnificentia nullum aeronautam, aliquid utile reperisse — imo nec passerem cæpisse. —

*Blan.* Jam jam veniet — jam jam usus ex ea percipietur — tantum patientem animum! — plurimas detecciones tulit Casus fortuitus, aut alius eventus, ita & utilitas directionis Aerostaticæ luci edetur. — Jam jam mente concipio illum articulum temporis, quo aerostatica machina culmen perfectionis attinget. — Novus sæclorum pandetur ordo.

*Montg.* Ut hoc — sentio animo tacitam voluptatem.

*Blan.* Novus inquam, quem cuncti admiraturi mortales, nascetur orbis. Primum beneficium, quod ex ea promanabit menti meæ oboritur. — Quævis magnæ, exiguæ molis naves, quævis lineales, Fregatæ & quas Cutters, Schaluppas, tormentarias, lincres, transvectorias rates & aliis nominibus adpellant, extra omnem usum ponentur, & foco & Camino aptum præstabunt usum.

*Montg.* Id sane foret —

*Blan.* Aerostaticis Machinis flumina & maria trajicientur; eis merces subternentur, avehentur, novæque ex aliis orbis partibus advehentur. — Omnis Anglicani maritimi monopolii magnificentia uno ictu instar umbræ sinensis evanescet — Portus carebunt utilitate sua; aero enim nauta ex uno Continentis puncto attollere se, & in aliud subsidere callebit — veniet, veniet tempus: quo materfamilias Cocæ dicet. „Adi, sis, Michael, crastino in Indias volabit, dic et a me salutem, velitque aliquot mihi nuces Moschatas, Cinnamum, grana Coffeæ, piper aliaque aromata secum ferre, futura hebdomade Enceniæ apud nos agentor, occasione quarum id genus merces mihi in Culinam necessariæ.” Michael mandatum hoc pugillari adnotat, Indias aereum iter init, & sextiduo post domum redit adferens quæ sibi mandata fuere.

*Montg.* Hem! id quidem jam nimium

*Blan.* Machinis Aerostaticis fiet, ut flumina & maria omnia trajicientur, eo res per-

duoetur, ut in vicem Curulis adparatus quisque talem machinam domi suæ affervaturus sit. — equorum, stabulorum, aurigarum minor erit necessitas Rei veredarizæ (Postæ) nullus usus erit, quisque brevis intra — aliquot horas hanc vel illam in urbem suas deferet litteras, nulla telonia, naula, locum habebunt, latebras quærentes & furum turba asilum non reperiet amplius, eos aeronauta subito assequetur. — Boni amici in Germania die solis aut alio, se invisent ex diffitis, eritque, cui cogitatio subibit dicendi: ubi prandendi animus nobis est: Parisiis, Londini aut Petro-poli? — Consulunt in mediam hora 11 aut meridiana, aerostaticæ navi insident. prandent loco definito, post deambulant, adeunt theatrum, Choroas, & modo tempestas consilium non intervertat, tempestive pro Coena domum repetunt. —

*Montg.* Mirum auditu! Vere mundus novus!

*Blan.* At! prout semper in orbe factum ita & in hoc argumento fiet. — Homo ad bellum natus videtur. — bella erunt in hoc etiam novo rerum statu, ast bella aerostatica ratione, Gens una aliquot millibus ingentibus aerostaticis machinis prodibit, aliam debellatura, quæ vicissim aliquot mille idgenus aerostatica tormenta opponet. In sublimi atmosphæra, ut hodie mari, jaculationes, cædes, clades instituentur. — Ex superficie terræ vultus attollentur & exitus pugnae expectabitur; ea occasione decisa capita pe-

des, manus, brachia, aures, & id genus segmenta delabentur, tum integra eversarum aerostaticarum corpora & fragmenta. Equitatu vix puto usui in aerea regione futurum, secus fieri poterit, ut & oæsorum equorum cadavera deorrum ruant.

*Montg.* Quid ais obsecro, ergo & Equorum Cadavera?

*Blan.* Aliquid tamen in aereo hoc bello pro quovis patrefamilias accidet incommodi-videlicet, id genus Aerostata, ut nonnunquam fieri solet, virginis aut plane matronæ amore capietur — virginem thori sociam adlegere volet, sponsam sibi dari petet, denegabitur — ad Ecclesiam euntem aut desambulantem amasiam mox aerostaticus nauta adoriatur, aerostatico globo subjiciet, eumque rapina Sinas aut incognitam Insulam petet, ubi cum formosa comite descendet, quam in sua manu irredemtibiliter habebit! —

*Montg.* Hoc in tam novo mundo haud grande malum; aut enim exacta vigilantia declinandum, aut patienti animo tolerandum est. —

*Blan.* Sola vigilantia nequaquam malo medebitur. — Ad hos & similes ingratos casus antevertendos, nova Architectura urbium & locorum adoptanda erit. Cuiusvis urbi valium tectum aut fornix superstruendus erit, ne aerostatici hi erronei & insidiatores quemvis apprehendere, & raptare possint, hoc quidem multo aeris laborisque impendio veniet, at ex alia parte nulla urbs, locus nullus plu-

duoetur, ut in vicem Curulis adparatus quisque talem machinam domi suæ affervaturus sit. — equorum, stabulorum, aurigarum minor erit necessitas Rei veredarix (Postæ) nullus usus erit, quisque brevis intra — aliquot horas hanc vel illam in urbem suas deferet litteras, nulla telonia, naula, locum habebunt, latebras quærentes & furum turba asilum non reperiet amplius, eos aeronauta subito affequetur. — Boni amici in Germania die solis aut alio, se invisit dicendi: ubi prandendi animus nobis est: Parisiis, Londini aut Petro-poli? — Consulunt in mediam hora 11 ante meridiana, aerostaticæ navi insident, prandent loco definito, post deambulant, adeunt theatrum, Choreas, &, modo tempestas consilium non intervertat, tempestive pro Coena domum repetunt. —

*Montg.* Mirum auditu! Vere mundus novus!

*Blan.* At! prout semper in orbe factum ita & in hoc argumento fiet. — Homo ad bellum natus videtur. — bella erunt in hoc etiam novo rerum statu, ast bella aerostatica ratione, Gens una aliquot millibus ingentibus aerostaticis machinis prodabit, aliam debellatura, quæ vicissim aliquot mille id genus aerostatica tormenta opposet. In sublimi atmosphære, ut hodie mari, jaculationes, cædes, clades instituentur. — Ex superficie terræ vultus attollentur & exitus pugnx expectabitur; ea occasione decisa capita pe-

des, manus, brachia, aures, & id genus segmenta delabentur, tum integra eversarum aerostaticarum corpora & fragments. Equitatu vix puto usui in aerea regione futurum, secus fieri poterit, ut & caesorum equorum cadavera deorrum ruant.

*Montg.* Quid ais obsecro, ergo & Equorum Cadavera?

*Blan.* Aliquid tamen in aereo hoc bello pro quo vis patrefamilias accidet incommodi videlicet, id genus Aerostata, ut nonnunquam fieri solet, virginis aut plane matronæ amore capiatur — virginem thori sociam adlegere volet, sponsam sibi dari petet, denegabitur — ad Ecclesiam euntem aut deambulantem amasiam mox aerostaticus nauta adoriatur, aerostatico globo subjiciet, eumque rapina Sinas aut incognitam Insulam petet, ubi cum formosa comite descendet, quam in sua manu irredemibiliter habebit! —

*Montg.* Hoc in tam novo mundo haud grande malum; aut enim exacta vigilantia declinandum, aut patienti animo tolerandum est. —

*Blan.* Sola vigilantia nequaquam malo medebitur. — Ad hos & similes ingratos casus antevertendos, nova Architectura urbium & locorum adoptanda erit. Cuius urbi vatum tectum aut fornix superstruendus erit, ne aerostatici hi erronei & insidiatores quemvis apprehendere, & raptare possint, hoc quidem multo aeris laborisque impendio veniet, at ex alia parte nulla urbs, locus nullus plu-

via madefiet, aut solis æstu torquebitur. —

*Montg.* O quando hæc omnia evenient?

*Blau.* Patientia — fortassis Centum anni labentur. —

*Montg.* Centum anni! — Ergo interea expectemus, & quotidianis ex superiore mundo Novitatibus animos oblectare placet — quid lego? —

*Holmia 20. Maj.* Reapse consilium agitur novæ nostræ Regiæ domui successio- nem procurandi. Sermo fert, de Nuptiis & aliis & aliis cum his nexis præparationibus. Id quoque percrebuit: Coronæ principem hæc adhuc æstate iter Parisios suscepturum — verum iter ingressus est — ad æternitatem! ut legitur: —

*Hafnia 29. Maj.* Nudius jam tertius tristes percepimus Nuncios ex Svecia, & jam ostiduo ante fama ferebat Coronæ Svecicæ Principem valetudine tentari, itinerari nihilominus. Hodie de ejus obitu certiores red- dimur.

Jam in via Holmia in Scaniam in Eck- siö febricula adfectus, qua tamen non pro- hibitus iter prosequebatur. Heri occasione lustrationis militaris in planitie Jongby prope Helsingburgum equo jam insidens. — Ecce! Hemiplexia percutitur, & frustra adhibi- tis quibusvis summa cum promptitudine reme- diis, paucis post horis moritur. Heu quan- tæ spes inopinato hoc funere tamulo illatæ!

Christianus Augustus Holsato · Sunder- burg · Augustoburg. patre Frid. Christiano,

matre Carolina Amalia Wilhelm. ultimi D. Hols. Plön. Frid. Caroli filia, natus 9. Julii 1768.

*Jam aliquid de Aeronautis.*

Die 27. p. m. Rex & régina Borussiae Berolinum venit spectaculo aeronautico interfuturi. — Juvenis 24 annorum D. Carol. Godfredus Reichard prima vice 10000 cubicos pedes continente aerostatica Sphaera sublatus est. Paulo ante horam 7. dimidia horae ab acidulis in transversa parte directione versus Pankov desedit.

In America quoque Baltimore Aerostaticum iter institutum est. In caeteris hujusmodi incolis spectatores aderant Generalis Dux Moreau, Gallicus Consul D. Felix, D. Deneville aliique illustres hospites.

*Germania.*

Exacto quovis bello in cara patria mea Germania novae politicae mutationes, novae divisiones cum detrimento partis victae locum habere.

Post Vindob. pacem Pomerania primum. Svecioa Sveciae restituta. 2) Ditiones Hannoveranae cis Albim in lava ora Regno Vestphaliae accessere. Regnum elegans & mulum Borussiae. 3) Dux Francofurt. Comitatum Hanov. & Principatum Fuldensem occupavit. In vicem: privilegium Commerciale Ahenanum Galliae, Ratisbona Bavariae cessa, cujus possessionem. Teapse Bavaria jam adivit. Dimidia, Tyrolis Italiae Regno unita est. Adhuc Salzburg. Quadrans Oeni, Lavenburg. & Byruthina ditio conferenda restat.

Prout post quævis bella grandia onera Status manent, ita & hæ provinciæ eandem sortem experiuntur multisque debitis gravantur. Vestphalicum regimen, exemplarem quorumvis publicæ administrationis ramorum descriptionem palam exhibens, celebre in hoc argumento Edictum promulgavit.

### B I O G R A P H I A.

*Montgolfier* (Stephanus) Præses Manufacturæ papyraceæ Annoniaci in Oscitanniæ Districtu Vivares, patria sua. Ingenio & amore litterarum, sibi quodammodo gentili dote, Mechanicæ & Chemiæ se juvenis dedit, notionesque harum disciplinarum fabricationi papyri, cum amplæ molæ papyraceæ possessor fuerit, adplicuit. — Verum maximam celebritatem adeptus per inventionem *Aerostaticæ Machinæ*. — Quacum prima experimenta instituit die 5. Junii 1783 Annoniaci coram Statibus provinciæ, qua tantam æstimationem consecutus: ut clariss. Galliæ viri: *Malesherbes, la Rochefaucault, Lavoisier* &c. ei familiares fuerint, & Instituti nationalis socius denominatus sit. Edidit de hoc argumento plura opuscula. — Obiit 1799 die 17. Julii — æt. anno 52.

---